



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Flavia Domitilla V. & M. 7. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Nostram memoriam repositorium Deiparæ faciamus. Hoc verò quomodo erit? Ea fuit Virgo, & amatrix Virginum; Si ergo cum corpore mentem quoque castam habuerimus, inhabitantem ejus gratiam possidebimus.
S. Jo. Damasc. serm. de Ass. B. M. V.

S. FLAVIA DOMITILLA V. & M.

7. Maii.

ADornabat in centesimum CHRISTI annum FLAVIA Aurelio desponsa nuptias, & ad nuptias sese imprimis: cum Nereus & Achilleus, qui à cubiculis illi erant, sollicitam moverunt, ut eam in comendo curam cælo impenderet, ita fore, ut sponsum CHRISTVM nancisceretur. Audiit illa tam salubria monentes, repudiatoque mortali sponso, immortalis nubentem Clemens Pont. Max. ex more Christiano, flammeo involvit. Consilium hoc optimum etiam ipsis auctoribus fuit. Nam duo egregii illi Paranympsi mox Martyres coronam primi nuptialem abstulerunt; at FLAVIA in exilium missa, dura atque aspera multa perpessa est. Post cum Theodoram atque Euphrosynam, quæ ad Aurelii amores iterum illam abstrahere nitentur, in suam etiam sententiam pertraxisset, & ipse Aurelius dum choreas ductaret, subito fato corruens, mortuales fecisset, quas nuptiales putaverat; irâ ardens hujus germanus Luxurius, ædibus in quibus DOMITILLA cum geminis, quas memoravimus, virginibus agebat, ignem subjecit. Sed nempè tam sanctis nuptiis ille sic tædas præluxit; sponsarum verò postridie corpora, ut à Cupidinis, sic à tyranni etiam ignibus integra fuerunt, & à tam sanctis flammaram spoliis hodie Eluacum Germaniæ civitas splendet. *Ex Suario.*

Despicien-

7. Maii. *faciamus.*
trix Vir-
stam ha-
debimus.

8. Maii. VITÆ SANCTORVM. 235
Despiciendus à nobis hic mundus fuerat, etiamsi
rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot
flagellis premitur, tot nobis quotidie dolores ingeminat,
quid nobis aliud, quàm, ne diligatur, clamat? S. Greg.
13. Dial.

8. Maii.
S. AMATUS CONF.

annum
ad nu-
eus, qui
ut eam
fore, ut
diit illa
mortalit
nt. Max.
nfilium
t. Nam
s coro-
VIA in
perpeffa
synam,
here ni-
iffet, &
to fato
es puta-
as, ædi-
, quas
bjecit.
as præ-
t à Cu-
ra fuc-
s hodie
urio.
espicien-

AMATO Saludecium patria fuit. Parentibus
in tenerâ ætate amissis, multa tulit, fecitque
puer & adolescens, etiam viris imitanda. Amor
castitatis prima illi bella excitavit, feminâ classi-
cum cantante, proprio sexûs sui genio. Ea fratri
AMATI nupta, filiam, quam priore conjugio tulerat,
cum AMATO sponsam obtruderet, repulsam
ultimis odiis ulta est, quibus etiam fratres collisi
sunt, exiguo tamen AMATI incommodo, depu-
tantis in lucro, si virtutis causâ nomē suum amit-
teret, fieretque exosus: Numinis tamen benevo-
lentiam omnibus officiis captavit, in pauperes
tam prodigus, nihil ut sibi relinqueret, sed locatâ
promiscuè operâ, famem sustentaret: in emaciato
nihilominus corpore flagro ferreo non modò me-
moriâ sed imaginem Christi patientis renova-
bat; hoc quoque illius affecutus, ut pro malefano
habitus publica civium suorum fabula fieret. Sed
despectum orbi cælum ad se rapuit, tam familiari-
ter quidem, ut inter castas preces evolantem ad
Superos animum etiam corpus sequeretur. Cre-
scentem eo miraculo AMATI famam frater fœdo
crimine sugillavit, stupri commercium ei cum
Clarâ sorore Deo sacratâ affingere ausus. Sed
ambulantem in jus sol absolvit abollam ejus in-
tercipiens, suisque radiis sustentans. Iisdem illu-
strata AMATI est sanctitas; sed ille proditorem
suum